



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellus Sodalitatis: Hoc Est: Christianarum Institutionum Libri quinque

Coster, Franciscus

Antverpiæ, 1587

Sodalitatis Terverensi Ad Virginem Deiparam Apostrophe.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46553](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46553)

S O D A L I T A T I S
T R E V E R E N S I S A D
V I R G I N E M O E I P A -
Gram Apostrophe.

*S*alue fidereum Virgo decus addita celo,
Quaeq; electa micas solis ad instar, aue.
Ecce Liber, qui te prius auspice venit in orbem,
Auctus adest, quo sic commoda plura ferat.
Scilicet ut soboles clarum decus inde reportet,
Mater & inde tuus floreat amplius honos.
Ergo Sodalitium supplex te in vota reposcit,
Tutus ut auxilio stet Liber iste tuo:
Et qui te Matrem vocitant Dominamq; Sodales,
Eliciant veras hinc pietatis opes:
Tum qui Diua tuo nondum sub nomine certant,
Hinc discant vni ritè vacare Deo.
Inde suos artus laceros, dispersaq; membra
Antiquam in sedem colligat alma fides,
Inde sua Pietas comitata sororibus, arce
Labatur supera, nos reuocata beans.
Denique Virgo tuis precibus fac quicquid in orbe
Seminis est diui, crescat id usque magis:
Sicq; pium virtutis iter sectemur, ut omnes
Scandamus rutilos te duce Nympha polos.

A P.